



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

Jacobi Sadoleti, Episcopi Carpentoracti, S.R.E. Cardinalis Epistolarvm Lib. I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)



IACOBI SADOLE-  
TI, EPISCOPI CARPEN-  
TORACTI, S. R. E. CARDINALIS  
EPISTOLARVM LIB. I.  
Epist. I.

IAC. SADOL. EPISC. CARP. IOAN.  
*Mattheo Giberto Episc. Verona, S.P.D.*

**R**OSTRYAM veni Carpentoraſte, has primas  
exaravi literas, eaſque ad te, aliquanto ſerius,  
quod fueram ſane incommoda aegritudine im-  
peditus: ſenſeram enim ex itinere *duropia*, quo  
morbo tamen releuati iam videor. Sed ſiue il-  
lam mihi maritima laetatio contraxit, ſiue iter  
terreſtre aliquid poſtea addidit ad illius morbi moleſtiam: omni-  
no intelligo, me hac corporis imbecillitate iam non ad aliam  
rem vilam, quam ad otium & quietem idoneum eſſe. Quod i-  
pſum videor nunc demum, tuo ſingulari beneficio, & ſumma  
principis benignitate conſecutus. Nos a portu Centumcellis Ni-  
ceam vique nauibus peruecti fuimus, nihil ipſi illa, quod appare-  
ret, maris aegritatione offenſi: cum caeteri omnes ferè, qui erant  
mecum, graui nauſea conſtituti eſſent, Nicæa duos dies manſi-  
mus inde digreſſi a Valdemontio: cuius mihi humanitas magna  
voluptati ſui iumentis pretio coactis iter terra fecimus: ſeptimo  
die Nicæa peruenimus Carpentoraſte, ad diem 7. Nonas Maij,  
lati velat ex diuturnis fluctibus ſtabilem aliquando & deſidera-  
tam terram aſpicientes, ſi lætitiã noſtram rumores de rebus vr-  
banis non interpeſſaſſent: parum illi quidem conſtantes, ſed ra-  
men mihi moleſti. Audieramus autem Labone iam conſcen-  
deutes, Germanos milites, quos nos, ab Vrbe cum proficiſcere-  
mur, pro pacatis reliquimus, animis commutatis, ſpectare denuo  
ad arma: rem que iterum adductam eſſe in diſcrimen. Hic mihi  
necus, atque hæc ſollicitudo ita hæſit in animo, vt poſtea eucl-

A li no

si non poterit: nec sum sedato animo futurus, quoad certum  
 sciero, quid euenit, & num salus nostra etiam nunc in-  
 festa, an improborum & perfidorum consilia, vel ipsa per se  
 se consenserint, vel metu compressa sint. Equidem interim  
 illa consolatione sustentor, quod video dies iam compluris  
 rumores illos contriuisse, non enim simile esset veri, si quid  
 accidisset postea tumultuosius factum, tantas res tandiu silen-  
 tio iacere oppressas. Sed quoquo modo se se habet res, me me-  
 us incredibilis erga summum Pontificem amor, nequaquam pa-  
 titur curae & angustis expertem esse. Qui si aliquo est adhuc  
 proprio in periculo (quod utinam ne ita sit, atque in hoc Deo  
 misericors nostras preces exaudiat) ne ego perquam doleo  
 graniter, tum eius ipsius causa, cuius ego salutem semper ante-  
 posui meae: tum etiam mea. Viderer enim mihi ab officio qua-  
 si desciuisse: si hoc tempore tali dominum deseruissem: atque e-  
 um dominum, in quo ego amando, ornando omni pietate at-  
 que omnibus officiis colendo, neque virtuti ipsius unquam, neque  
 meo studio satisfacere potuissem. Sed & tunc quid me angere-  
 tur, quo esse vinculo Deo immortali obstrictus, quo denique animo,  
 qua spe placatorum rerum, ab eo digestus sum, ipse tu optimus  
 es testis. Et nunc in his quoque locis ac terris ea mente sum, ut se-  
 cundas res ipsius aliis fruendas libentissimè relinquam: ad certam  
 rem non rectem esse particeps. Deum autem quælo, id quod a-  
 cturus assidue & precaturus eum sum, ut pacem & otium aliquan-  
 do afferat & Pontifici Max. & Italiae: quod liberius ac diutius illius  
 eximia virtute & humanitate frui omnes possumus. Sed hæc hæ-  
 stenus De te ipso, mi Giberite, a meo plurimum, & ex te cognosce-  
 re: quem ego habeo autorem meae tranquillitatis: cuius benefici-  
 cio alterum par nunquam reperietur. Itaque quantum tibi debe-  
 am & ipse sentio: & dabo profectò operam, ut ceteri omnes in-  
 telligant. Ego nunc quod maximè est necesse, recuperandæ vale-  
 tudini studio, quam cælum istud urbanum valde mihi labelicta-  
 rat: ut id quod agere festino, commodius deinde nauare possim.  
 Rapior enim cupiditate incredibili, ad veram immortalitatis spem,  
 quam video mihi habere in manibus maxime Dei beneficiis, &  
 mea summa voluntate incitatus. Itaque & ad gerendam pietatis san-  
 ctæ sacerdotium hoc, animo sumus alacres, & ad artium honestis-  
 simarum studia inflammati. In altero, ut ne isthinc obturberet, &  
 eximia auctoritatis, & summi erga nos amoris præcipue partes  
 sunt: in altero mea fuerit culpa, si non & tua, & cæterorum de me  
 opinioni respondero: liceat modo per valeitudinem. Efficiam n-  
 profectò ut omnes fateantur, meam velegregiam operam, vel præ-  
 claram certe voluntatem existisse. Quo in genere, quid tibi rece-  
 petim, quid Pont. Max. facim pollicitus, optinè in memoria ha-  
 beo.

beo. Tui me sicut conuocasti diligas ac tueare, te maximopere  
mihi habere uicundissime rogo. Vale Carpentor. XVI. Cal. Iunias,  
M.D.XXVII.

II.

IAC. SADOL. EPISC. CARP. LAZARO

Bonamico, S. P. D.

Grates gaudet. Post meum ab Vebe discessum nihil adhuc  
Dummo à quo quā literarū: ac ne à meis quidem. Itaq; in deside-  
rosū, & de illis, & de te, & de ceteris amicis aliquid audiendi  
et; unam omnia ex mea sententia. Nos uenimus ad Carpen-  
tor. ad V. Non. Maias, summa horum hominum gratulatione,  
quorum auxilium inopinatus noster aduentus. Itaq; quod  
semper optauimus, ex diuturnis fluctibus, uidemur tandem por-  
tum esse consecuti: modò uos isthuc salui, summiq; Pontificis res  
cum teneant statum, quā maximè cupimus, nihil mihi ad spem  
beatæ uitæ non abundè uideatur affore. Nam & paruo sat contēti  
sumus & in hoc honore p̄dē sancteq; administrando quoad nobis  
dātū diuinitus fuerit. Deo ipsi eidem deleruire contendemus: &  
in libris ac literis tui uolucabimur: ueterēq; ac diuturnam scim  
optimarum artium uostrorū tandem arbitrio, in ipsis fontib; exple-  
bimus. In hoc genere toto, q; pertinet ad artes honestas, & ad no-  
stra illa tibi ignota studia, uideo te uim maximo esse posse mihi  
adhibere. Nam & de tua doctrinæ ueritate hauriendum nobis  
erit, & honorum librorum ex te copia requirenda. Quorum al-  
terum tute mihi recepisti cum adhuc essem Romæ: alterum mihi  
semper paruisse intelligo. Sed de libris peto à te magnopere, ut  
promissa mihi perficias: ea in re impense parci nolo. Gratiam au-  
tem eam tibi referam, quæ maximè & tua uirtute & nostra ami-  
titiæ esse digna. Ego ei nunc prauerti uolo curæ, ut nostrarum re-  
uerentiam & studium, quam ueritatem istud cœlum non mediocri-  
ter labefactaret: & spero me optari fore compotem. Te si rogem,  
repetitum tuum amorem erga me conserues, faciam & tibi pra-  
cedit, & amicitiæ nostræ iniuriam quod uideat quasi constantia  
sua dissidere. Itaq; non committam ut de hac re iure me accusa-  
re possis. Tantum à te petam, ut Vbalduinum, Sangam, Lælium,  
Pyrrhinum, Colotium, ceterosq; ue pariam amicos, partim etiam  
dilectos tuos, saluere iubeas meis uerbis: nec patiaris hebesce-  
re tuis igniculos beneuolentiæ, qua erga me uidebantur esse af-  
fusi. Imprimis uerò amplissimis uirtis Campegi; patronis tuis, &  
patris de hilio, quibus ego mitti sic deditus sum, ut que eorum meri-  
to salutem à me dicas plurimam. Vale mi Lazare sua uisissim;  
& tui persuade, te à me ualeat amari. Carpent. XVI.  
Calend. Iun. M.D.XXVII.

A 3 IAC.

IAC. SADOLET. EPISC. CARP. PETRO  
Bembo S. P. D.

**D**Iv est, quod desideramus inter nos missitare literas: neque enim inueteratae amicitiae tanta coniunctio, talem operam ullam, aut oblectamentum requirebat. Alia porro non fuerunt, de quibus esset opus alterum nostrum ab altero certiorum fieri. Sed cum tu in ocio atque literis assiduus esses, ego maximis Romae curis & sollicitudinibus impedire, in longe dispari conditione vitae, pari tamen benevolentia inter nos iuncti semper fuimus. Nunc autem, postquam Dei immortalis admirabili beneficio ex illis turbulentis fluctibus me evolutum, & ad portum ociumque traductum, ea excepta vita quam maximè semper appetueram: non existimaui nostra necessitudine, aut ipso tempore alienum esse, aliquid ad te litterarum dare: praesertim cum tu mihi idoneam ad scribendum occasionem praebuisses. Cognoui enim ex Bini nostri literis, quas ille ad me Venetiis misit, vigere apud te benevolentiam mei absentis, & memoriam amicitiae nostrae cum fide conservari: cum is se ad te visendum accessisse, aliquotque horas consumpsisse tecum sermonibus suavissimis confirmet: ea quae de te praedicet, quae & tuis plurimis maximisque virtutibus, & meo perpetuo de te iudicio consentanea sunt. Ac mihi quidem quod intelligo me amari abs te, non tam novum nunc quidem, quam semper gratum atque optatum accidit. Quod vero erga Binum ipsum egregia humanitate usus es: eique & operam, & studium, & auctoritatem tuam detulisti, quodque hoc etiam prolixius causa mea fecisti: de eo habeo tibi magnam gratiam. Certè enim is & diligitur à me, & per se dignus ipse est, quem tu quoque diligas: est enim summa modestia, & summa probitate praeditus: doctus praeterea, & elegans, & cum laude versatus in utroque genere scribendi. Sed hoc tu facile pro tuo singulari ingenio percipere per te potes. De me autem ipso si cupis nosse qui noster status sit: Ego Carpentora acti habito, quo venit ante diem V. Nonas Maias, id tandem assecutus, quod & meae quietis causa tamò antè optaveram, & Deo immortalis iam diu debueram. Locus ipse ab omni terrore & tumultu liber: hominum secunda in nos voluntas: ocij iam non spes, neque desiderium, sed certa, & haud dubia possessio. Denique omnia eiusmodi, ut planè me in limine positum beatae vitae fuerim arbitraturus, nisi ad mea privata incommoda Reipublicae calamitas quoque tanta accessisset. Nam quod ego fortunis omnibus spoliatus, tanquam naufragio facto, nudus ad litus evaserim: non tam graue mihi quidem est, iam vsu & ratione edo-

Et, secunda esse fortiter vulnera fortunæ (et si quod fuit gravissi-  
 mum, sibi quoque meam eandem calamitatem subierunt) quam au-  
 ditæ vrbem omnium nobilissimam, domiciliū Imperii ac digni-  
 tatis sedem & patriam omnium nostrum, ita captam ac direptam:  
 clades, caedes, strages tot, tamque inauditas, ab hoste immani &  
 impio fuisse factas. In quibus & Pont. Max. quem ego incredibi-  
 liter amo, indigni calus: & multorum præterea charissimorum  
 atque amicissimorum hominum mortes & exilia: me vehementer  
 perturbant. In quo angore animi etsi ea requiro ex studiis do-  
 ctæ doloris solatia, quæ mihi adiumento & levationi esse pos-  
 sunt, tamen haud ita multum usque adhuc profectum est. Omne  
 enim medicinam vincit dolor: nec sic possum studere constanti,  
 ut abuliscar humanitatis. Sed hæc Deus viderit: cui me totum  
 admi. Ego si ab his difficultatibus quæ me plurimæ præmunt,  
 & ab omni parte circumstantur, respirare aliquando cœpero: effi-  
 ciam profectò, vt aliquis studiorum meorum & ocii fructus ap-  
 paret, in quo præclaram tuam voluntatem imitabor: ingenium  
 & facultatem non assequar. De omnibus autem scito tuam iudi-  
 cationem fore. Vale, & nos dilige. Nauagerio tuo, & M. Antonio  
 Michaeli nostro, Nigro, duobus Teupulis, cæterisque amicis  
 (sunt enim verique nostrum semè communes) plurimam meis  
 verbis salutem dic. Carpentor. III. Non. Nouemb. M. D. XXVII.

IV.

IAC. SADOLETYS EPISC. CARPENT.

Petro Bembo, S. P. D.

Non mirari, si & mea, & tua expectatione serius, meas hæc  
 Nee dedi, ad tuas amicissimè atque humanissimè scriptas li-  
 teras: morbo impeditus satisfacere officio non potui: quo tamè  
 levati iam videor. Itaque vt primum facultatem nactus sum, non  
 commisi, vt desiderares à me hoc officium: vel ego potius vt de-  
 siderarem. Mito enim studio tenebar respondendi tibi: cum usque  
 eo accuratè, & suaviter mihi rescripsisses, vt omnem amorem tu-  
 um erga me in illis planè liceret inueneri liceret. Nam & iucun-  
 dum memoriam vetustæ inter nos benevolentia declarabant: &  
 societatem doloris eius, quem ex communis Reipub. calamitati-  
 bus uterque nostrum suscepisset: & quod maximè tua virtute &  
 prudentia dignum erat, levationem à molestiis, quam & tu adhi-  
 besces, & mihi ipsi censeres esse adhibendam. Quorum alterum  
 monueri animi & misericordis, commoueri aliorum miseris: al-  
 terum etiam sapiens, si quid ad te priuatim iactura perueniat,  
 sine adhibere ea solatia, quæ ad continentium animum in offi-  
 cio, apta esse videantur. Itaque ego, etsi mea sponte non admo-  
 dum

A 3

di mihi: cillus, tuo tamen horatu atq; exemplo fortior factus  
 sum: nam me quidem non tam priuata meae difficultates moue-  
 bant, quae, quanquam multae, & magnae, tamen non tam acerbae,  
 quia graues: quam tolerabiles, quia non nouae videbantur) quam  
 et innocentium atq; amicissimorum hominum exitiis, tanta La-  
 tini penae nominis incernicione, perturbabar. Praefertim cum & is  
 Pontifex in crudelissimorum hostium uenisset potestatem, quem  
 ego summe amarem: & ea urbs oppressa esset ac direpta, à qua e-  
 go essem & fortuna mea subsidia, & artium optimarum orna-  
 menta (si qua modò sunt in me) omnia consecutus: quo etiam  
 difficilior mihi erat ad consolandum ratio, quam fuerit tibi. Tu  
 enim quibus auxiliis summa virtutis, & prudentiae, ad confirman-  
 dum animum usus es: ea ipse domo, atq; abs te ipso attulisti. Ego  
 quae solatia meo dolori adhibere cogito, ea ab urbe illa ipsa acce-  
 pi, cuius causa mihi maxime dolendum est: ut idem nulli doloris  
 monumentum sit, quod debeat esse leuatio. Itaque illae ipsae literae,  
 quas tu proponis nobis, & quarum certe nos ope & auxilio plu-  
 rimum uti cogitamus, plane haerent in ancipiti & conturbatae  
 sunt. Si adsunt mihi, metuant ne ingratae sint in illam urbem, va-  
 de sunt profectae: si desunt, ne parum sanctae officio videantur.  
 Sed, quomodo nunc se res habet, consoletur nos profectò tum ra-  
 tio ipsa tum eorum rerum, quae postea secutae sunt vis ac natura:  
 Pontifice iam liberato ex impiorum manibus, urbe Roma reuiu-  
 scente, arbore ea, quae excisa fuerat, tanquam ab radicibus, dein-  
 tegeto fruticante: nisi grauius pertimescerem, idque videre iam  
 viderer, ex tantis, & tam acerbis calamitatibus, quas per totan-  
 nos Italia passa est, gradum potius aliquem ad futura mala ia-  
 ctam esse, quam praeteritis cumulatum adiectum. Quod si tu alter  
 sentis, habesque in alteram partem quod potius sequare: quaeso  
 me hoc metu quam primum libera. Dices: Quid ergo? etiam si  
 haec ita futura sint, idcirco ne angustibus dedere nos debemus? Mi-  
 nimè hercule istud quidem: neque enim est fortis viri pendere ex a-  
 leuisequentibus. Sed tamen *φιλανθρωπία* quaedam est, quae nos  
 afficit: cogitque, ut vulnum ex vultu, sic animum ex animis ne-  
 cessariorum nostrorum immutare. Quantum autem mihi & ti-  
 bi cum Latio sit, quantum cum Italia, quam actum denique cum  
 ipsa urbe Roma vinculum intercedat, non solum coniunctionis,  
 sed sanctissimae cuiusdam quasi necessitatis, magis perticipui est,  
 quam ut commemoratione egere videatur. Quia propterea, ut hanc  
 orationem totam iam concludam, & ita fero fortiter communes mi-  
 serias, ut non obliuiscar humanitatis: & sic doleo aliorum vicem, ut  
 putem mihi nequaquam propterea ab animi constantia delictè-  
 dum esse. Confugio igitur, te eodem hortante & suadente, ad literas,  
 quarum nimirum iam diu commercio & assiduitate consuetudinis carui.

Quo quidem ipso fit, ut tibi nihil possim ex eo genere in praesentia mittere quod lectione dignum sit: dies fortasse aliquid adferret & mea spes, commendationesque non semper abibunt irrita. Sed abs te, quae huiusmodi vrbinitatem te scribis concessisse, cum ego auidè expecto. Recordor n. primo illo scru cum eum recens peperisses, quanto te mihi si liber arripserit: quam mihi mirè placuerit & elegantia in eo sermonis, & copia, & grauitas ipsa, ac prudentia. Quae cum ego tum plena iam & perfecta esse arbitrarer: tu tamen homo iuuenis, & acutus cernens, quam ceteri omnes, perspicacitas animo quiddam praestantius, quod nos ne cogitatione quidem aspirare possemus. Ita multorum annorum mora & lima, & veritatem illi ac dignitatem, & nobis desiderium legendi auxit. Quod si certos nactus fueris, qui deserant, (nam ut non tuto committas, minime postulandum est) gratissimum mihi feceris, si cum mihi quam primum miseris. De his in meo quod ista in illam voluntate, & letor, & habeo gratiam. Scripsi ego ad eum litteras acceptis tuis literis: sed ita acciderat, ut cum ea mense Decembris data essent, mihi Martio denique redderentur: quo tempore ille Venetiam exceleserat, & ad Pontificem erat profectus. Vbi quae, in eum, tamen magno illi honori & emolumento semper erant, & domus sua ac familiaritas: tum apud ceteros auctoritas & commendatio. Quod quidem eo cupidius manere illi saluum apud te opto, quod duriore adhuc fortuna constiterat exitu suorum consilio: etiam nunc nullum videt. Nos hic viuimus in fortuna tenui, de reliquo sat contenti, nam & amorem in locis sumus, & in amore omnium quodque cunctorum maximè est, quacumque pacem & tranquillitatem animi turbare possunt, omnia penitus ex animo ipso eleuimus: atque expulimus. Itaque nullam iam cogitamus, nisi ut philosophia habere rationem, quo in genere ut alias scripsimus, te adiutore possim & duce uti medicamur. Egidium Cardinalem multis commode valere mihi valde molestum est. Amo n. hominem maiorè in modum. Nam cum omni eximia virtute & humanitate praeditus est: tum & mihi, & tibi semper fuit amicissimus. In tanta autem penuria nostri temporis virorum talium, & amandus & colendus à nobis praecipue est. Ei ut plurimam dicas meis verbis salutem, itemque nuncios ad eum me scripturum fuisse, nisi valerem eius parcendum esse duxissem, vehementer te rogo. Vale mihi charissime & suavissime Bembè, nosque ut facis diligere, omnibusque amicis salutem à nobis dic. Vale Carpentoracè, prid. Idus Martias, M. D. XXVIII.

V.

IAC. SADOLETUS EPISC. CARPENT.

Hieronymo Nigro, S. P. D.

A 4

Ez



**E**X eis literis, quas abs te IV. Idus Iulij datas, V. Calen. Septem.  
 & horribili casu, quo vrbs Roma, & totius ferè Italiae reliqua di-  
 gnitas, immanis barbariae fluctibus oppressa est, amissis rebus ca-  
 teris saluum ipsum atque incolumem in patriam reuertisse: quod  
 & de te cognosce, & de aliis trem nonnullis qui ob virtutem & a-  
 micitiam mihi sunt charissimi, non mediocriter mihi solatium in  
 meis maximis doloribus præbuit. Quanquam enim, vt tute scri-  
 bis, fortunis spoliari graue est, præsertim innocenti, cui nullo i-  
 psum merito ista accidunt: grauius etiam amittere optimorum  
 studiorum lucubrationes, multis vigiliis, & multo sudore diu col-  
 lectas: tamen ea vis malorum, & tantus concursus omnium cala-  
 mitatum fuit, vt non pessimè cum illis videatur esse actum, qui-  
 bus libertatem in hoc tempore, & salutem tueri fuit licitum. Quod  
 tibi & aliis plerisque tui similibus, meis familiarissimis, Dei im-  
 mortalis ope & auxilio contigit lætor. Nam quod ego sapien-  
 tia quadam videat consecutus, vt abserim in tam acerbis rebus,  
 atque temporibus: nequaquam id mihi arrogo, sed hoc eisdem  
 Dei erga me beneficium agnosco, gratiasque ago illi, quantas e-  
 quidem possum. Nam quas debeo vt agam & referam, non mo-  
 do mea, sed ne vllius quidem humanæ facultatis est. Certè enim  
 si quid ego vidi, aut præmonui: si quid in me aut boni sensus in  
 tanto rerum motu, aut prouidentis in posterum consilii fuit, to-  
 tum id fuit à Deo: cui dum cupio dare eas operas, quæ à mea fide  
 & à pietate mea requirantur: quid mirum, si ita accidit, vt boni  
 consilium euaserit sapientia? Nec verò ego aliud medium fidius  
 statuo esse sapientiam, quam meminisse vnumquemque, quid  
 sui officii & muneris sit: idque cum fide & cum integritate præ-  
 stare. Quod si hi fecissent, qui maximè debuissent, (de summo  
 Pontifice non loquor, cuius mihi virtus, clementia, integritas  
 semper visa est non solum magna, verum etiam admirabilis)  
 quod nunc ad omnium iniurias & contumelias proiectum est: in  
 pristina sua veneratione maneret sacerdotium. Sed recordatis  
 profectò reliquorum ordinum, morumque communium labem  
 & confusionem: quos ego accusando non insequar: non quia  
 causa fuerint vniuersa calamitatis: sed quia non possum com-  
 memorare sine dolore, quæ & vrbi omnium nobilissimæ & homini-  
 bus multis mihi necessitudine iunctis, infanda & atrocia conti-  
 gere. Illud dico, quod sentio, Deum hominesque contestans, eu-  
 pisse optimum Pontificem mederi moribus perditis. Sed cum res  
 ferro egeret, non malagmate: ipsius autem natura & lenitas à  
 vehementioribus remediis abhorreret: vt in corporu solet mor-  
 bis, sic in corruptis moribus, quæ intempèstiuè adhibita est, auxit  
 morbum potius medicina quam leuauit. Mihi quidem sæpe sum-  
 mi Pon-

mi Pontificis virtutem ac probitatem, beneuolum etiam aduersus ipsum me animum, egregiamque humanitatem, mecum reparanti, sic amore animus incenditur, non aliquo nouo videlicet, sed illo veteri & diu antè suscepto: ut interdum mihi peccare videat, quod non præstito sim, tantarum illi miseriarum & conuulsarum, & comes. Quod si non his vinculis sanctioribus detinerer, nec tanti munere officij Deo esse m' astrictus: aut si arbitraret, posse me vnâ cum Dei, & Christianæ Reipublicæ honore ac commodo, illius saluti, dignitatique, prodesse: crede mihi, quo minus me in omne demitterem discrimen, non periculo vlllo, non vlla propostita acerbitate deterreret. Sed rem intelligo adductâ in eum locum, ut lugendum tantummodo nobis sit, nec meam vicem mihi quidem? quoquo enim modo se habet res, mea natus est in portu) sed humanitate vincor, & mollicia animi quædam, ut aliorum incommoda ducam pro meis. Nam me, etsi eadem, quæ tam multos pessum dedit, fortuna afluat: quod meis & meorum familiarium non tam fortunis, quàm reliquis veterum fortunarum amissis, omnes ad me nudi atque egentes conuolauerunt: tamen quoniam ferre hæc modicè didici, vel natura, vel consilio, vel etiam vsu planè doctus: viuo autem deoq; & in ea gente regioneq; terrarum, quæ pace & concordia imprimis solata est, & in eo obeundo munere quod mihi maximè congruens & honestum est: non meam vicem doleo, sed aliorum. Nam mihi quod ipse grauiter habeo potius, quàm quod lugeam. Eorum verò, quos amari, amoq; incommodis quin mouear, fieri nullo modo potest. Habeo tamen spem, & rationem quandam, quæ mihi ut in malis, non parum solatij affert: illam videlicet, quam ad Deum ipsum refero: quem scio, & noui, ita irasci solere peccatis hominû, ut sibi solui eas penas velit, quæ illis ipsis, qui deliquerunt, vitales sint & salutares. Quam eandem rationem reparantem (petis enim à me per litteras, ut tibi aliquid confisam, quod sit leuamentum doloris tui) volo bene sperare de reliquis rebus. Cui enim castigatio fuit, eidem erit Deo salus nostra cura. Porro ea magis ex virtute & religione, & probatis moribus quàm ex opibus multis & lauta suppellectili spectanda est. Quod si multò minore in bono lesi fuimus, ut in eo quod maximum bonum est, augeamur, quis lugeat iure? neq; hanc felicitatem quandam potius, quàm calamitatem fuisse ducat? Sed de his satis. Ego te tuos labores, & studiorum vigilias perdidisse, valde moleste fero: quod mihi idem accidit, casu propè mirabili, euenit tristiore. Cùm enim direptis rebus careret, libri soli superstitibus ab hostium iniuria intacti, in nauim coniecti, ad Galias litus iam peruecti essent: incidit in vectores, & in ipsos famulantes meos pestilentia. Quo metu ij permoti, quorum ad littora

naus appulsa fuerat, onera in terram exponi non permisere. Ita  
 asportati sunt in alienas & ignotas terras: exceptisq; voluminibus  
 paucis, quæ deportavi mecum huc proficiscens, mei reliqui illi  
 tor labores quos impenderamus, Græcis præsertim tot codicibus  
 conquirendis vndiq; & colligendis: mei tanti sumptus, mee cu-  
 rare, omnes iterum iam ad nihilum reciderunt. Ex quo factum est  
 est, præter communes eū genere Italo hoc tempore inimi-  
 citias proprium aduersum me bellum gerere fortunam. Sed nihil  
 illa proficet: maximum habeo in summo Deo, non paruum in  
 æquitate animi per fugium. Non me tantum quotidianæ illius  
 iniuriæ conuellunt, quantum assuefaciunt ferre hæc humana  
 fortiter atq; constanter: atq; eod quidem fortius, quòd Deum mi-  
 hi patronum non deesse intelligo: nullo hoc merito, nullis virtu-  
 tum officiis fateor. Sed quid refert, si is adest tamen, meque ipse &  
 protegit, & tutatur? cuius, quò minus ego illis dignus sum, hoc  
 sunt maiora erga me & præstantiora beneficia. Pro quibus veniam  
 aliquando gratus in illum esse possim. adnitur quidem certe, ma-  
 iusq; etiam donum eius agnoscam, si gratus fuero: quàm cætera  
 cuncta pro quibus gratia debeat? Quid ergo est hoc vulnere  
 quo nullum grauius studiosis hominibus insigi potest, amillariū  
 scilicet vigiliarum & lucubrationum, tu leuius multò percussus  
 es, cui ingenium & ætas suppeditat, quàm ego: cui quantum  
 quæso est reliquit? Sed tamen ne sic quidem deficio animo: tibi que  
 autor sum, eadem illa studia acrius repetendi: vt non plus dera-  
 tum fortunæ iniuria, quàm per diligentiam additum esse videa-  
 tur. Illud fuit extremum in tuis literis, velut approbatio amoris  
 erga me tui: quod scribis nihil tam optabile tibi esse, quàm esse  
 apud me, & hoc ocio frui mecum. In quo, ne viam mi Nigete, si  
 tibi concedo, vt tu me cupidius appetas, quàm ego te. Amaui sem-  
 per plurimum ingenium, probitatem, sedacum animum, specta-  
 tos mores: sed imprimis tuum bene mihi perspectum erga me a-  
 morem. Quò minus autem, quod sum me cupiebam, aliquid illu-  
 stre ad te commodum atq; ornamentum ex nostra amicitia pro-  
 ficisceretur: meministi profectò quæ res fuerit impedimento.  
 Quod nunc quidem vertit in bonum: si quidem minus malum  
 est carere, quàm amissè. Quæ autem sunt in his locis, eiusmodi  
 sunt: vt animus si sic æquus vacuusq; cupiditate, nihil fieri possit  
 amcenius, & si his rebus contentus esse possit, hoc est, paulò mi-  
 nus quàm mediocribus: oculi quidem & honestissimarum ac iu-  
 cundissimarum voluptatum affatim est: quodq; imprimis tibi esse  
 gratum scio, summa nostra in te constat beneuolentia. Sed de re  
 rota tuum consilium est, verum videlicet, & quando. Nos quidem  
 rui sumus. Lazarum queror ita nostri oblitum, vt nihil adhuc  
 ad me dedecit literarum. Nec puo tamen ab eo me non amari,  
 quem

quem ego mirifice diligo. Eum de hoc commonefacias velim, multaque & illi, & ceteris amicis salutem a me dicas. Vale mihi Nigri, & nos amate persevera. Iterum vale, Carpentora Cti, V. Id. Septemb. Anno M. D. XXVII.

VI

IAC. SADOLETUS EPISC. CAR-

pent. Federico Fregoso Archiepiscopo Salernit.

S. P. D.

Paulus ad nos reversus, simul ve in me incidit, ipso primo aspectu & colloquio, statim interrogatus a me nunquid Lagduni tecum esset congregatus, & te, quod tantopere cupiebat, convenire potuisset: Ego vero, & conveni hominem, & multum cum eo vixi, valde mihi ex sententia contigit: neque arbitror, inquit, alios dies mihi in vita illuxisse iucundiores, quam hos, quibus tui tanta virtute atque humanitate fuit licitum. Tum multa de te, de moribus, de literis, de omni genere sermonum, consuetudinumque tuarum est locutus. Quae cum ego audirem, meo perpetuo de te iudicio consentanea, non mediocriter laetabar, praedicationem veterem nostram huius quoque adolescentis asservatione & testimonio confirmari. Qui (quod mihi credas velim) non paulo est, quam visus ferat, & quam aetas illa postulet prudentior. Sed cum neque ille laudandi & praedicandi, neque ego percontandi finem facerem, is dies in sermonibus de te nobis totus consumptus est. Non enim fatiari poteramus, cum quem ego amore erga te diuturnum iam dudum & stabilem conservarem, ille eo recente flagraret. Quod mihi quoque accidisse recordabor primis illis temporibus amicitiae nostrae, ac familiaritatis: quibus te etiam studio tui, propter tuas eximias & maximas virtutes incensius, ut tum demum conquiescerem animo, cum tecum essem: neque aliud tempus vllum gratum mihi atque optatum accideret. Eisdem nunc vestigiis Paulus ingressus, ab eadem virtute tua, quae me cepit, ipse quoque arreptus est: ut in amore tui & observantia habituras sis posthac non hominem vnum ex nostra familia, sed familiam cunctam. Sed quod tu aliis occupationibus impeditus, quem admodum constitueras, in hac loca venire nequiveris: mihi (ut verè fatear) valde molestum est. Iam enim peccoperam animo fructum eximia cuiusdam voluptatis, quem in te videndo & amplectendo perciperetur essem. Tum autem erat multarum rerum, consiliorum etiam multorum, inter eos communicatio facienda: in quibus & tu sententiam meam penitus cognovisses, & ego tuam exquisissem. Ira parati uterque nobis (sicut ego opinor) ut vter consilium attulisset melius, id am-

bobus

bobus ratum esset. Accidit autem eiusdem fortunæ iniquitas  
 quæ me semper eludere conata est, ut me hæc quoque expecta-  
 tio summæ incunditatis frustraretur. Quod si me procuratio Ec-  
 clesiæ, & diuitiosos meæ non tenuisset, quam hoc tempore obita-  
 more maiorum & explorare est necesse: nulla res mihi fuisset  
 tanti, ut non ad te subito conuolare: quod tamen sum, die  
 quidem incerta etiam nunc, sed tamen aliqua facturus. Nam &  
 longo intervallo te reuifere perquam opto: & quod propiores su-  
 mus, hoc te careo ægrius: cui nostræ ægritudini tuo aspectu &  
 colloquio subueniendum omnino est. Quibus autem de rebus  
 ego cogitarem sermones inter nos confecti oportere: eæ res par-  
 tim ad Republicanam & ad temporum horum, naturam condi-  
 tionemque pertinent: quod genus cum non satis tuto literis com-  
 munitur, prætermittere totum est fatius: partim in ratione tra-  
 ducendæ vitæ, & in omni genere studiorum literarumque versan-  
 tur. De quibus & communicare inter nos etiam abiectes, & cre-  
 bro epistolas mittere licebit. Quanquam in hoc genere quidem,  
 & meorum consiliorum rationes Paulus ad te pertulit: & de tuis  
 mecum vicissim est locutus. Atque ut perspicio, haud ferè dissen-  
 timus. Nam quod tu Hebræas, ego potius Græcas secutus sum li-  
 teras: idem est spectatum ab utroque nostrum. Quid enim inter-  
 est qua quisque seruit, dum eò tamen perueniat, quod venien-  
 dum est? Sanè solùm in eo paruula inest dissensio: quod tu ita  
 sacras literas videris esse amplexus, ut alias omnes reieceris, & se-  
 posueris: ego sic ad easdem propero, atque contendo, ut tamen a-  
 liarum comitatu velim accedere instructor. Sic enim intelligo,  
 (quod idem omnibus patere arbitror) ut in hisce militaribus &  
 bellicis studiis, quod quis fortior est vis, & imperatori suo acco-  
 ptior: hoc armis & equis, & omni militiæ instrumento magis cu-  
 rat ut sit instructus: sic nobis in hac celesti militia summo omniū  
 Regi & Imperatori Deo nosmetipsos exercentibus, nullum ex-  
 ternum ornamentum, quod huic studio non officiat, esse repu-  
 diandum. Sed de his, ut etiam dixi, & scribā ad te accuratius, cum  
 sensum tuum omnem ex literis tuis cognoro, & ut ad nos planius  
 ipse omnia perscribas vehementer a te postulo. Illud constare de-  
 bet utriusque nostrum, quod conuelli nullo modo potest: in omni  
 genere scriptorum, studiorumque nostrorum, Latinam linguam  
 præcipuè à nobis excolendam esse, qua nec grauior ulla est, nec  
 præclarior: præterquam quod nobis ab eis viris maioribus no-  
 stris tradita est, quorum admirabilis incredibilisque sapientiæ ne-  
 minem potest omnino pernitere, in qua quidem ego cum spero  
 te atque opto unā cum cæteris artibus optimis, quibus mirifice de-  
 ditus es, assidue versari, tum ego certe versor: hæc etiam commo-  
 dius, quod tua bibliotheca gratissimo mihi munere copiosior  
 fuit.

factus sum. Pro quo ago equidem tibi gratias: sed eas referre mallem quam agere: cui rei occasionem aliquam aliquando dies allatura est. Tu ut valetudinem tuam diligenter conferues: nosq; quod facis, ames: & te à nobis plurimum amari scias, & si petere videatur esse superuacaneum, tamen abs te peto. Vale. Carpent. Lib. Maiis, M. D. XXVIII.

## VII.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARP. FEDERICO Gregorio Archiepiscopo Salerni, S.P.D.

Quod cognoui ex literis tuis te valere rectè, memoriamq; mei absentis & beneuolentiam conseruare, eo valde lætatus sum. Quod reò in eisdem literis erat ascriptum, te proficiscentem Lugdano illas ad me dedisse, id mihi nonnullam afferebat molestim. Non enim possum non cum aliquo morfu doloris ferre te, cui ego vni omnium hominum cupio esse coniunctissimus: disingentum magis à me, & ad remotiores regredi terras: cum ego te abeantem, quem corde & animo amanissimo prosequor, pedibus consequi non possim. Nec videre mihi videor interdù, quid me retineat: cum multa tamen impediunt, quibus à spe propinqua videndi & conueniendi tui sum exclusus. Sed quod corpore non possum, id amore equidem & cogitatione facio, vt tecum sim: neq; hora vlla à contemplatione tui absentis mihi præterit vacua. Quod si liceret vna esse, vt ego te ad præclara illa studia, quib; aliquando simul fuimus dediti, excitarem: vt te non patores sine dissidentia quadam, siue aliarum potius occupationum conuenia, à spe præstantissimarum rerum relanguescere? Etenim vili sum, peripicere tuis ex literis sententiam quandam eiusmodi tuam, quasi tu mediocritate contentus sis. Quod sanè nollem, ita cum natura factus es, ita institutus, vt summa ac prima magis spectare debeas. Atq; ego, qui te adhortor, non is sum tamen, qui auctoritate multum valeam: aut qui sciam mihi id capere consiliis, cuius tibi sum autor: quippe qui negligentia natura, vel imbecillitate quadà animi, quotidie multa constituens, nihil audeam aggredi. Verùm non qui ego sum, sed qui tu esse possis, tibi est cogitandum. Quod si tempora impedimento sunt, rerumq; tuarum motiones ita te implicarum cum multis retinent, vt conseruandi officij causa necesse sit & sapere te, & à multis perturbati sustineat hanc etiam fortuna, cum plurimis aliis peccatis, iniquitatis suæ culpam. Nos autem id demus operam, de quo est in tuis literis præclarissime scriptù, vt quotidie efficiamur meliores. Et est hæc tua tamen omnium maxima præstantissimaq; doctrina, quam vna Platoni, neq; Aristoteli, sed omnium doctori & creatori Deo

acce-

acceptam ferimus. Nam de ratione scribendi, verum Latine inter nos oporteat, an seculi liberum sit utriusque nostrum. Ego tuis literis, cuiuscemodi illa fuerint, contentum me fore confiteor: modò accipiam crebrius. In quo peto à te, ut non inuideas hanc exoptatam voluptatem expectationi meae. Nihil enim mihi potest esse iucundius, quam de te crebriò, & ex te ipso cognoscere. Quo quidem in munere ego tibi praebò, ut tu me imiteris: sapius ad te scribam, ut eliciam tuas. Paulus in studiis remissior nunc quidem est: quem ego languorem libenter ascribo tempori. Nihil enim est, quòd nolim potius exillimare in causa esse, quam naturam, aut voluntatem adolescentis: qui si quo incredibili ingenio est praeditus, totum intendere ad optimas artes amplectendas voluerit, nae illenon solum nobis, qui propinquiore sumus, sed alienioribus etiam magno futurus est ornamento. Nos ambo valeamus, utque valere plurimum optamus, & benevolentiam nostri conferre, sicuti à nobis quidem summa ea cum fide & constantia erga te conferuatur. Vale. Carpent. XV. Cal. August. M.D. XXVII.

VIII.

IAC. SADOLETUS EPISC. CARPENT. HERCULI CONZAGE S. R. E. Cardinali, S. P. D.

Iohannes Franciscus Bius, qui tibi has litteras reddidit, vir est leis virtutibus ornatus, quas cognoui semper & requirere, & amari. Nam cum in scribendo literarum venustate ac manu operibus, quos quidem ego adhuc viderim, facile antecellit: cum verè in dictando, & lucubrando tanta sciendia est, ut idoneus fuerit habitus, qui mihi in eo munere succederet: quo, ut tu optimè nosti, Romæ non mediocri cum dignitate fangebat. Est enim meae disciplinae alumnus: deditque mihi aliquot annos non mediocri meae cum utilitate operas: tantumque ingenio & labore profecit, ut in Pontificis epistolis ac diplomatis, facillè iam eius scripta pro meis probarentur. Quodque paucis admodum contigit, in utraque lingua, & Latina, & vernacula, ea videlicet, quae nunc est Italiae familiaris, partes progressus fecit. Adiunxit porro ad has artes, quae ingenij & doctrinae sunt, illas quoque quae sunt bonorum & virorum, & morum: iam & fide, & probitate, & omni diligenter genere atque assiduitatis, & mihi, & omnibus profusus satifecit. Is, ut dicebam, cum locum honorificum apud summum Pontificem esse nactus: cumque & testimonio meo, & suae virtutis commendatione, Principis summam gratiam ac benevolentiam obtineret: eiusdem fortunae iniuria, cuius iniquitate cetera ceciderunt, & summa spe & honore pristino deturbatus est: re familiari sua

sus, quod datus etiam est, nec satis commodè antea constituta,  
 et nunc penitus direpta. Quod quidem fato quodam meo illi ac-  
 cidit: qui cum se, & spes ac rationes omnes suas in meam fidem  
 commisisset, vehementerq; ego cuperem illius consulere fortunis,  
 & id scriptis conatus essem: non potui tamen assequi, ut id ipsi es-  
 set. Quod autem fuit proximum, id effeci, ut cum in eo loco  
 constituerem, vobis & sperare vberiora, & adipisci posset. Nunc in  
 his urbis Romæ & totius Italiae ruinis, quæ me & communis pa-  
 tris, & plerumque amicorum ac necessariorum incommodis, &  
 impensis summi Pontificis, quem ego omnibus vnum antepo-  
 no, cunctis, vehementissimè perturbant: cum ad humanitatem ni-  
 hilominus pertinere arbitrer, suscipere curam eorum quos & in-  
 ducio, & benevolentia sum complexus: existimavi, si res Ro-  
 mæ ita occidissent, & collapsæ essent, ut ex tanto, tamq; acerbo  
 exitu, ne tenues quidem superessent reliquæ pristinae digni-  
 tatis, esset, ipsi Joanni Francisco reditus ad suum obeundum  
 munus penitus interclusus: neminem esse digniorem qui poti-  
 terat hanc gloriam, tali viro optulandi, quam te, cuius ego &  
 amplius non semper faui, & virtutem & liberalitatem natura  
 sum admiratus. Quæ quidem hoc in te illustriora omnibus vi-  
 dentur necesse est, quod exteris Italiae luminibus extinctis, so-  
 la penè tua virtus & nobilitas relicta est. Itaque nequaquam  
 quidem mirum est, si, qui suæ confidunt virtuti, fortuna verò  
 destituta vbi sunt, hoc tempore te intructi vnum, & in te spes suas  
 consistere coguntur: sicut & Binus ipse constituit, & ego ut ita  
 dicat, illi quoque auctor sum. Sed quod ad commodum & vtili-  
 tatem tuam pertinet, si hunc hominem amplecti tua benevolen-  
 tia, & in familiaribus tuis habere institueris, eiusque operam &  
 utilitatem in tuis rebus adhibere: parce mihi, & caute de eo est  
 attendendum: ne videar cum beneficium à te petam, potius afficere  
 Francisco velle: cum præsertim quantum ex tali ministro com-  
 moditatis, opportunitatis, dignitatis, principi viro accedere  
 possit, tu pro tuo ingenio & prudentia statueres optime queas.  
 Quod autem attinet ad me, qui in summo dolore, quem ex re-  
 bus publicis capio, hac quoque cura sollicitor, ut hominis mi-  
 hi deest, omnique virtute præditi, quem ego summè diligo,  
 tranquillitati & comodo consulatur: peto à te mi optime,  
 & præstantissime Hercules, atque omni animi studio te ma-  
 ximo opere rogo, si quid mei amoris residet in te, & si com-  
 munitatem studiorum coniunctio, quæ in amicitia vim habere  
 maximam ad benevolentiam solet, me ex animo tuo efflue-  
 re palli non est: mihi deus hoc absenti, quod ego maximè ex-  
 peto, volaque: ut hominem hunc, de manu mea, in manum  
 tuam tuam beneficentiam & liberalitatem acceptum, in familiarita-  
 tem



rem & gratiam recipias, velisq; illi apud te esse locum, quod suo labore, industria, fidelitate, amorem tuum & iudicium emereri possit. Quod illum ita maturè itaque officiosè facturum esse confido, ut tu si meo testimonio fidem habere, & mihi morem gerere animum induxeris, quod te e quidem facturum non dubito, facile & quamprimum sis intellecturus, ad tua multa & fortunæ & familie ornamenta, ex huius hominis familiaritate magnum quoque decus accedere. Me quidem tanto tuo beneficio deinxeris, ut tibi perpetuam pro eo gratiam sim debiturus. Quod ut facias vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale. Carpentoraçti, XI V. Calend. Iulij, M. D. XXVII.

## IX.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT. IO.

*Salutato S. R. E. Cardinali, S. P. D.*

**N**odem menses ferè sunt, cum ego Carpentoraçe, ut meam ipse gererem & gubernarem Ecclesiam, me recepi: cum viginti ipsis diebus ante Roma essem profectus, quam illa acerba horribilisque clades vbi illi omnium clarissima & nobilissima incidisset. Qua mea illinc profectio, cum res illas libenter relinquere, ab vno Pontifice Maximo & clementissimo, a grè fui diuulsus. Amo enim eum, & amaui semper: nec meo in illum studio & voluntate quicquam adhuc in vita expertus sum ardentius. Quo etiam maiorem ex illo grauissimo casu cepi animo dolorem: quem tamen scribendo non persequar, ne & meam ipse molestiam augeam: & te videat velle ad luctum illarum rerum mecum vnà reuocare. Quod autem ad meum officium & obseruantiam erga te pertinet, posteaquam huc veni, cogitavi iam sæpius ad te scribere. Nò enim te fugit, dum Romæ fuimus ambo, te mihi semper propositum fuisse, quem præcipuè colerem: non solum amplitudinis & dignitatis tuæ causa (hoc enim tibi commune erat cum multis) sed multò etiam magis, quod tu mihi videbaris, in illo genere & ordine, vel solus, vel certè cum paucissimis, antiquè illius virtutis exemplum retinere. Eram igitur tibi ex animo deditus: neq; tu id nescis. Quam meam opinionem & obseruantiam confirmabat, tum insignis beneuolentia, qua sui semper coniunctus cum patre tuo clarissimo viro: tum tua erga me perpetua præstantisque humanitas, cuius nullo tempore obtulisci possum. Cogitavi igitur scribere ad te. Sed cum nullum sappereret, (his quidem temporibus miseris, perditisque) argumentum, quod vel mihi scribenti, vel tibi meas literas legenti, esse aptum videretur, distuli vsque in hunc diem: nec mediis hædus, quò nunc habeam magis quid scribam, quam habuerim antea. Sed quia quicquid

quid tunc demum scripsissem, id te putavi placatiore animo esse  
 scribitur: cum non solum dies, id quod omnibus commune est,  
 sed etiam prudentia, quæ tua laus propria est, sedaslet in te animi  
 modestas. Quanquam qui sedari possint, non planè perspicio.  
 Nocentim sunt nostra mala eiusmodi, ut si in vna parte offensum  
 sit in altera sit prosperè actum. Sed cum vno interitu omnia ia-  
 ceant, proficata, ubi amplius spe nulla nitamur, non habemus:  
 nisi ad eum solum respiciamus, qui altissimum posuit refugium  
 solum: quod videlicet, neq; mali flagellum aliquod, neq; fortunæ  
 incertitas potest aspirare. Quod equidem oro, optoq; quotidie,  
 ut ita sit. Sed si careris non possum, mihi quidem ipsi consilere  
 penitus habeoq; constitutum, nequaquam amplius posthac à sum-  
 mi Dei cultu ac famulatu me sciungere, cui vni sum dicatus as-  
 detur hoc arctiore fidei & deuotionis vinculo, quàm plerique:  
 quod cognoui meam illi salutem & libertatem esse curam. Itaque  
 certum est, quod tempus vitæ reliquum mihi fuerit, id omne ad  
 Dei immortalis cultum, & artium optimarum studia conferre.  
 Quod scribo ad te aliquanto liberius. Senti enim, te nunquã ab-  
 horere à talibus consiliis, quæ cum Deo coniuncta sunt: quæ quæ  
 obdure & aspernari solebant, cum opes & potentias nimis se-  
 cretarentur, intellexerunt, ipso euentu docti, falso se consilio à veris  
 rationibus aberrasse. Sed de his hæc tenent: neq; enim hæc eiusmodi  
 sunt, in quibus immorari admodum lætabile sit. Ego quem a-  
 nocentem, quamq; obedientiam erga te iam inde ab initio nostræ  
 amicitionis cepi, perpetuò sum conseruaturus. Tu me ut dili-  
 gens, de in tuorum numero ducas, tibiq; deditissimum esse existi-  
 mas, magno opere à te peto. Vale, Carpentoracii, 11. Nonas Fe-  
 bruarij, M. D. XXVIII.

X.

11. C. SADOLETVS EPISC. CARP. IOAN-  
 ni Salutato S. R. E. C. S. P. D.

Vis literis plenissimis humanitatis & benevolentia, quibus  
 ad meas rescriptas, nihil adhuc respondere potui, morbo  
 impeditus, non negligentia retardatus. Fuerunt autem illæ, ut  
 videtur esse debuerunt, mihi iucundissimæ. Nam & memoria  
 tuæ mirum in modum me delectauerunt: & in optimam par-  
 tem accepi, tum iudicium, quod ipse de me in illis faciebas: tum  
 consilium, quo cohortabare, ut nollem hoc tempore deesse resp.  
 tuæ annos summa cum fide & diligentia seruiuissem. De iudi-  
 cio quidem, quod tibi ego idoneus videar, in quo sit aliquid opis  
 tui memorari resp. quando hoc ita accipio, ut id tui potius erga  
 te ratio iudicium esse putem, quàm vilius meæ virtutis celti-  
 monium]

monium) habeo tibi magnam gratiam. Talis enim viri benevolentia facis mihi pro illustri testimonio est. Quod verò aut mede-  
 ceat, aut id vera & recta ratio à me postulet, ut referam me rursus  
 in illos fluctus, ex quibus Dei immortalis incredibili benignitate  
 semel ereptus sum: quauquam in omni genere prudentia plurimum  
 tibi tribuo, tamen in hoc planè quidem non assentior. Est enim  
 meum mihi munus attributum, quod nec deserere debeo, neque ab hac  
 mente, illius piè recteq; administrandi, ipsi deseri. quod quidem ego  
 perspicere non possum, quo pacto absentes probè administrant, cum ego ipse  
 qui adsum, attendoq; reperiatur, hanc vnã omnium maximè laboriosam &  
 difficilem esse prouinciam. Sed ut hoc mutari conuelliq; possit: quis mihi  
 praestet, ritè omnia deinceps in vrbè auctam in? optinus quidem &  
 iustissimus est Pontifex: sed cuiusmodi ceteri ordines? cuiusmodi  
 tempora? Qui hominum mores? Nos verò qui satis diu fatigatue  
 vehementer illis rebus dedimus operam, & al qua inferuendo  
 reipub. naufragia iam fecimus, aliquando litus portumq; nacti,  
 obnixè illum teneamus. Equidem quod reliquum dabitur vitæ,  
 id etiã Deo & musis sic impendere totum deuoti, ut aliam nullã  
 cum quoquam cogitem habere ratione. nec despero in hoc ipso  
 quoq; genere vitæ, fore me & ipsi summo Pontifici, quem incre-  
 dibili quodam amore prosequor, & ceteris amicis, ornameto  
 aliquando ac voluptati. Tantum tenere mihi hanc pacem animi,  
 & hunc fructum tranquillitatis, quo mirificè perfruor, ad diem  
 vitæ vltimum liceat, in quo mens quidem mea perquam est con-  
 stans, sed fortuna est ipsa pertimescenda, cuius tanti & tam vatij  
 sunt ad lædendum conatus, aduersus quam illo perfrugio vi me-  
 ditamur, quod est vnum omnium certissimum & maximum, vtiã  
 Deo ipso omnis spes vitæ, omnia subsidia fortuna constituamus:  
 qui si fuerit nobilicium, quis contra nos erit? Atq; hæc pauca ad  
 te, velut excusans opinionem meam, si non ea est omnino senten-  
 tiæ tuæ consentanea: cum præsertim probè intelligas ipse, etiam  
 si in me esset ingenium atq; eloquentia, quæ quidem perquam  
 minima est, quàm nihil tamen illa profectura sit in tam auerfis  
 ab æquo & bono, cunctorum moribus ferè & voluntatibus: quæ  
 non modò nihil appetunt rectum, neq; honestum: sed ne in eo  
 quidem ipso, quod perperam appetunt, habent certam & con-  
 stantem rationem appetendi. Sed hæc fortasse plura, quàm oportuit.  
 Quod autem privati iam tecum officij est: quod à te meam  
 benevolentiam & agnoscas erga te, & tuam mihi ipse vicissim  
 tribuas, meque in numero ducas tuorum: vehementer (ut verum  
 fatear) mihi gratum est: tibiq; confisimo, si quid aliquando eue-  
 nerit, ut te ipsa declarandum sit, quo sim in te animo: me non  
 solùm æquaturum, sed (si licebit) superaturum etiam tuam de  
 me

me opinionem. Tu vt mei memoriam conferues, hominūq; omnibus ingenij & virtutis ornamentis prædico, Alberto Pio Carporum principi, plurimam vt dicas meis verbis salutem, te magnoopte rogo. Vale. Carpentoracti, III. Nonas Maij, M. D. XXVIII

## XL

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.

Des. Erasmo Roterod. S. P. D.

Acepi tuas literas, Basileæ Calen. Octobris datas, in quibus  
 Altera manu tua ascriptum, alteras te eodem exemplo antè  
 dedisti: quas non acceperam: Sed & hæc tardius huc allatae sunt.  
 medio enim Nouembri mihi sunt redditæ: Quas habui, mi E.  
 rasmæ doctissime, omni ratione gratissimas. Nam & effigiem tuæ  
 erasmæ virtutis, summaq; humanitatis, mihi ante oculos totam  
 posterum, quam ego semper soleo & mirari, & amare: & tuæ erga  
 me singularis benevolentia fuerit mihi fidelissima testis. Quod  
 enim tanta de salute mea curam susceperis: atq; vsq; eò fueris  
 sollicitus, quoad habueris certum, quid me factum esset: meq; in  
 his locis constituisse cognoueris: amici nimirum animi, & egre-  
 gæ beneuolentiæ hæc magna est significatio, in qua ne viuam mi E.  
 rasmæ, si tibi concedo, vt in amando me sis superior. Multa equi-  
 dem quæ in te sunt, atq; haud scio an multò plura quàm in quo-  
 quam alio, dilexi semper & admiratus sum, ingenium, eruditio-  
 nem, cõpiam: atq; illud im primis, quod tu ista tantæ doctrinæ  
 ornamenta ad peccatis studium, & ad Christi celebrandũ nomen  
 contulisses. Hinc verò tuo tanto in me ipsum amari, etsi animo  
 beneuolentia sum par, verbis tamen & literis satisfacere non  
 possum. Dum enim auiddè cupio exprime quàm me tibi deni-  
 cationem patem, mihi nec stylus, nec oratio suppetit: quod tu per te  
 melius poteris existimare. Sanè, quod ad me attinet, admirabili  
 Dei beneficio salus mihi tum & incolumitas est inuenta, cum vi-  
 ginti diebus ipse ante miserissimum casum Romæ, ex vrbè illa exi-  
 uerit habens ad Ecclesiam meam, & in ea resisteret, quod reliquũ  
 esse vitæ, constituens: quo quidem voto iam antea Deo eram ob-  
 stitens. Nec verò dubito, quin recta & grata Deo hæc voluntas,  
 cuius meæ incolumitatis exiterit. Nam mea reliqua eiusmodi  
 sanè mihi illius magis misericordia sit opus. Sed quòd ego minus  
 mecum sum, hoc summi eiusdè Dei clementiæ & benignitati ma-  
 gna me debetur gratia. Meas quidè fortunas omnes, acerba mi-  
 hi verbis fortuna eripuit. In his ipsam bibliotheam, quam ego  
 Græcis & Latinis libris magna diligentia vndiq; comparatis, re-  
 fectam: quæ omnium fuit, vt & tu existimas, & ipse sentio, is-

ſura grauiffima. Sed tamen omnia in partem bonā accipiendā  
 ſunt. De Bembo meo nihil eſt quod labores. la viuo etiā tum Leo-  
 ne, morbo coactus, ecclī mutandi cauſa, conuulſe ſe Patrum: ubi-  
 demq; conſedit, & nunc quoq; commoratur, totus literis & ſtu-  
 diis deditus, omnemq; habens cum Muſis rationem: quem ego ar-  
 bitror pangere profectō aliquid, quod ipſi laudi futurū ſit, ceteris  
 non mediocri voluptari. Urbis Romæ caſum quem plurib; deſtes,  
 non alterius arbitror eloquentia dignē poſſe deplorari, quā tua.  
 Incredible eſt, quantū calamitatis & damni, ex illius urbis ruina,  
 omni humano generi inuectū ſit. In qua eſt vitia quoq; nonnulla  
 inerat, maximā tamen multo partem dominabatur virtus: do-  
 micilium certē humanitatis, hoſpitalitatis, comitatis, omniſque  
 prudentiæ ciuitas illa ſemper fuit: cuius excidio, ſi qui, vt lenibus,  
 lætari ſunt: ij non homines, ſed fera potius immanes tunc exulti-  
 mandī. Quāquā hoc paucis vſu arbitror contig. ſe, vt aut nō do-  
 luere nodiſſima omnium & multō preſtantiffimæ urbis clade:  
 aut ſi furore quodam vſq; eō debacchati ſint, vt hoc illi exitij ma-  
 liq; optauerint, nunc ſaturatis odiis non aliqua furoris ſui peni-  
 tentia, & viciffitudine rerum humanarum moueantur. Sed de his  
 viderit Deus. Quos tu quod ſcribis, reſpiſcere iam cōpiſſe, cupio  
 equidem vti ſit: idq; precari Deum nō deſinam: non enim odi  
 illos, quin eos reuerti ad ſanctitatem opto: ſed tamen Deus viderit.  
 Ego quōd te habeo ſocium huius doloris, neq; parum ex eo me  
 conſolor, & de tua optima mente atq; natura egregium iudiciū  
 facio. Quod vrinā pacis & concordie communis aliqua aliquan-  
 do ratio habeatur: quō melius conſolari noſmetipſos, & te etē ſpe-  
 rare de omni repub. poſſimus. Nunc & tu prudentiſſimē ſcribis,  
 & ego intelligo, omni hac ſpe (niſi Deo aliter ſtatutum ſit) penitus  
 ſublata, nihil neq; bonis literis loci, neq; ſtudiis pietatis, relictum  
 iri. Nec tamē propterea deſicere animo, aut deſatigari debemus,  
 quin cuncti, qui artibus optimis imbuti & inſtituti ſumus, ſubue-  
 niamus pro ſua quiſq; parte huic tanto damno, communiq; ia-  
 cturæ: & in libris nauemus pacis & pietatis operā, ſimul in re-  
 pub. & in cœtu hominū poſſimus. In qua quidem actione & ego  
 elaboro, & te video tantam ſam laudem conſecutum eſſe, vt non  
 modō aſſequi te, ſed vix imitari quiſquā conſidar. Nam quæ nos  
 multo cum labore, longo tempore rudia tamen & imperfecta fa-  
 cimus, tu nullo negotio breuiſſimo in tempore, planē expolita  
 abſolutaq; lucubratis: vt iam nō in te cura ſit, ſed natura, oratio-  
 nis ille nitōr, & verborum ſententiarumq; incredibilis vbertas.  
 Quo etiam minimē mihi tibi videri debet, multos eſſe obte-  
 ctatores tuæ laudis, & inuidos: eſſe enim edita in ſtū laus tua, neq;  
 omnes eiufmodi, vt magis eos virtus ad amorem, quā celebri-  
 tas fama ad malevolentiam adducat. Qui tamen abs te conte-  
 mnen-

menendi & nihil faciendi sunt: non enim digni sunt, quorum vel habeatur mentio. Ego sicut & amor erga me tuus, meusque vicissim erga te, & mea natura, & imprimis officium amicitiae postulat, semper futurus sum, & tuarum clarissimarum virtutum fenerator, & dignitatis ac nominis praecipuus amator. Vale. XII. Cal. Decembris, M. CCCC. XXVIII. Carpent.

## XII.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT. BO-  
nifacio Amerbachio Basiliensi S. P. D.

Egi tuas literas, plenas benevolentiae, & officij: in quibus quod me tua mea erga te tantoperè commemoras, facis tu quidem abundantia amoris: nam ego eiusmodi officia, quae similibus tui vitiis probis doctisq; tribuantur, magis honestare eos qui tribuunt, quam eos quibus deferuntur, semper arbitratus sum. Quamobrem si quid egit tua causa, non tam mihi te gratias, quam me occasione agere oportet. Atque vrinam, qua in te voluntate sum, tantum mihi dedisset fortuna facultatis, ut magna aliqua in te mecum animum melius perspicere potuissis: non te sefellisset opinio tua, si quam de natura & moribus meis susceperam habes. Etenim cum sum virtutis atque doctrinae plane studiosissimus, teque utraque earum plurimum valere perspexissem: iam ex eo tempore, quo te primum Avenione cognovi, amavi te perpetuo postea, nihilque non tua causa mihi faciendum esse duxi: neque me mecum suscepta in te benevolentiae unquam poenituit. Nunc vero, cum te ostendas tam memorem, tamque gratum, humanissimisque verbis omne tuum studium mihi deteras, etiam amantissimam absentem studiosissimam complector. Quid enim faceres, si aliquo magno beneficio à me esses ornatus, cum pro tam prava re, cum magno te mihi debere gratiam praeter te feras, omnino omnino habeo causas diligendi tui. Quapropter velim hoc tibi petis addeas, paucos te habere, de quibus tibi aequè, ac de me polliceri possis. Sed haec factis libentius praestabo, quam verbis. Irreuerenti libram accepit, quod sanè mihi iucundum munus fuit: gaudesque ea quae diu abscondita fuerunt, nostra aetate potissimum haec esse reddita. Ego assiduus in literis sum: cudo etiam nescio quid: quod si confectero ex sententia, erit aliquid, credo, ad verae praecis studia profectum. Sed incredibile in me est tarditas: in quo ego solco Erasimum nostrum maxime admirari, eiusque ingenij vim, & orationis suscipere copiam. Cui tu plurimam salutem dic, tamen eius quoque literis ipse rescribo. Vale mihi Amerbachii, & nos dilige, omnesque istos viros, doctos, qui rectè

B 7 picq;

picque sentiunt, meis verbis saluta. Carpentoracii, XI. Calend.  
Decembr. M. D. XXVII.

XIII.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARP. N. SE-  
natus Tholosani Praefidi S. P. D.

**C**um venissem Carpentoracte ad V. Nonas Maias, mea Ec-  
clesiae deferendi, & Deo in ea operae officiiq; impendendi  
causa, rebus Romanis aliquando penitus relictiis, quod quidem  
meum consilium, Dei eiusdem erga me benignitas, & securi eni-  
tus postea, comprobauerunt: quæ hui statim ex his quos scire pu-  
tabam, quibus in locis esses, cupiens scribere ad te, & funda-  
menta nostrae benevolentiae iam pridem auspicio iacta (si qui-  
dem optimum auspiciū virtus est) literis confirmare. Cum au-  
tem mihi de te nihil certi responderetur, propterea quod a nego-  
tiis publicis à Rege assidue adhibitus, itinerebus crebris dilata-  
herere, neq; diu diu ferè vno in loco consisteres: & ob eam cau-  
sam, & quod deinde tristibus nuntiis ex Italia multis allatis, &  
priuata mea incommoda, & multò magis publicae calamitates a-  
nimū meum non leuiter perturbauerunt, vsq; in hunc diem à  
scribendo sui retardatus. Nunc verò, depulsis nubibus illis merito-  
ris ac molestiae, quas mihi in animo tan eorum malorū cogitatio  
congregat, cum (quod solet esse non difficillimum iis, qui in  
summo Deo spes suas posterunt) spiritus humanis casibus ad se-  
renitatem animi, & ad constantiam me reuulsiem, statui has ad te  
dare literas: quas vbiq;q; esses, tamen speravi ad te aliquando  
perlatum iri, per quas & officio satisfacere (sum enim tibi pro-  
tus multis erga me meritis iam pridem valde obstrictus) & reno-  
uatum in te, quod fieri posset, memoriam ac benevolentiam mei  
nominis. Ego iam ab eo tempore, quo primū ad senatum Tho-  
losanū (cui tu maxima cum dignitate praes) causa Ecclesiae meae  
fuit delata, cognoui meorum procuratorum, hominum proba-  
tissimorum, testimonio, qui vir esses, qua integritate, qua pruden-  
tia, quanta autoritate praeditus: intellexi quoq; tum illud, te ita  
esse studii optimarum & artium & literarum deditū, vt in eo ge-  
nere laudis & scientiae excelleres. Quod quidem ego maximum  
in homine, si cum virtute innocentiaq; iungatur, statuo ornamē-  
tum esse. Non enim si rarum est, idcirco desinit esse praclarum.  
Quia ad splendorem & nobilitatem huius doctrine, qua expol-  
lur humanitas, quaeq; vna praecipue animos hominum ad veram  
dignitatem honestatemq; instigat, addit quandam admirationē  
etiam raritas. Magnum est enim & profus admirabile, ita quari-  
à quopiam in hoc tempore sapientiam, vt ea non ad qua sum vl-  
lora

lam, sed tantum ad bene beateque viuendi rationem referatur. E-  
 quidem his totius ornamenti laudibusque acceptis, susceperam  
 iam erga te non mediocrem beneuolentiam: cum accesserunt officia  
 deinde tua erga me absentem, meosque presentes, qui causam  
 meam apud senatum defendebant, plena gratissima humani-  
 tatis. Ostendisti enim illis, te quod meae quieti & tranquillitati,  
 quoad aequitas ferret, cuperes esse consultum in tota ratione iuris  
 admittendum, quod tu pro tua singulari iustitia potissimum ob-  
 seruaturus esses, habiturum libenter rationem mei: ut, cum primum  
 recte fieri posset, de te transferretur: atque ego curis illis & molestiis  
 omnibus liberarer. Quam voluntatem erga me tuam usque, ad e-  
 dem memini tui mihi scisci esse gratam, ut nullum tantum onus gratia  
 eius, cuius non me tibi debitorem putarem. Nihil enim est, quod me  
 magis alliciat, vel rapiat potius ad amandum, quam amoris erga  
 me significatio. Quae cum in te non mediocri apparuisset, multaque  
 esset praeterea, quae ego in te non probarem solum, verum etiam  
 admirarer: memini tui me ita constituisse, tanti viri amicitiae nil  
 mihi esse debere operarius itaque & statim tibi de hac mea voluntate  
 litteras misit, & multis mandauit, ut coram eam tibi exponerent. Se-  
 cuta sunt rempora, quibus tu, Regis tui de tua praestanti virtute, iu-  
 dicio, ad grauiora res obcundas Tholosae euocatus, ego in illis  
 Italiae haecibus versatus, ambo grauius curis negotiisque distracti,  
 a scribendo cessauimus. Nunc autem, cum Dei immortalis incre-  
 dibili beneficio, cui meam salutem cognoui fuisse curam, ego in por-  
 tum ex alto tandem peruectus sum: habeamque constitutum, quod re-  
 liquum vitae est totum in eo munere fungendo ponere, quod a me  
 eodem Deo maxime debetur: putauit conuenire beneuolentiae in te  
 meae, te de aduentu nostro, omniisque statu facere certiorum: ut sci-  
 ras, me repudiatis pristinis illis vitae actionibus, quae, etsi a me non  
 mediocri dignitate tractabatur, ad illa tamen iam aspiranti, quae di-  
 uina immortaliaque sunt, impedimento magis eiant, quam adiuuen-  
 to: te uoluntati totum esse in eas literas, & ad ea honestissimarum ar-  
 tum studia, per quae nosmet ipsos noscedi, & ad Deum ipsum propius  
 accedendi, amplam nobis facultas parata sit, qua facillime consequemur,  
 si cum studio verae sapientiae cultum purae sanctaeque religionis in-  
 tuum quasi complexum copulabimus. Quod sumus Deo adiuuante  
 studiose effecturi. Et quoniam te quoque eadem voluntate ad haec pre-  
 clara studia propensum esse intelligo: audebo te hortari, non tam  
 ambitione, quam beneuolentia adductus, ut madas in sententia, atque  
 inter publicas res administrandas, impertias huic etiam curae aliquid  
 temporis: quod & fructus uberiores vitae beatae percipias. & has ad  
 illa gerenda atque tractanda, si fieri potest, etiam instruatur. Ego quam se-  
 mel erga te singulariter suscepi beneuolentiam eam perpetuo & cum fi-  
 de seruabo. Tu si me vis, illud, ut spero, & ut institutum facere, di-



lexeris, mihi quicquid aliquando literarum miseris, dabo operam profectò, ut te ne vnquam nec iudicij de me tui, nec nostrae illustre necessitudinis pœniteat. Vale. Carp. XI. Cal. Nou. M.D.XXVII.

IACOBI SADOLETI EPISC.  
CARPENTORACTI EPISTOLA-  
rum Lib. II. Epist. I.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPEN-  
toract. Petro Bembo, S. P. D.

**S**VBITVS discessus Pauli Sadoleti (qui fratris Pa-  
truelis filius, mihi ad manum adolescens, non solum  
summa spe atq; indole omnium virtutum, sed ipsius  
iam virtutibus præditus, repentino nuntio de patris  
morte coactus, à me proficiscitur) facit, ut conturbatiore animo  
ad te scribam de tuo libro quæ scribenda sunt. Quem ego librum  
tibi remitto, nactus idoneum hominem, qui perferret. De quo  
ipso tamen accipe pauca. Lectus enim est à me per diligentem mi-  
rumq; in modum ea me lectio delectauit. Nam & charissimam  
amicissimiq; hominis præclara ingenij ac doctrinæ monumenta  
aspicias, cum ipsum, quem maxime diligo, visus sum aspicere: &  
ipsa oratio ac dicendi genus, eiusmodi est, ut nihil nitidius, nihil  
elegantius, neq; venustum magis possit desiderari, vel in delectu  
cultuq; verborum, vel dignitate & copia sententiarum. Itaq; ego,  
qui eas partes in dialogo gero, quas tu me pro tua in me bene-  
uolentia gerere voluisti, sumq; in illis testimonium illustre tui de  
me iudicij consecutus, facile agnosco, in istis ipsis scriptis me mul-  
tò disertius & commodius loqui, quam soleam in meis: proq; eo  
magnam tibi habeo gratiam. Quod enim maximo cum labore,  
nequeo tamen assequi, id sum tua opera sine labore vilo meo per-  
facile adeptus. Ac ad reliquas quidem suauitates, multas ac mag-  
nas, quibus me affectum senti, illa accessit, cæteris non minor,  
quòd temporum nostrorum, veterumq; dictorum, ac factorum,  
quæ nobis vnquam inter nos acta & communicata sunt, omnium  
est mihi memoria ex illo libro renouata, tum cum erat nostra æ-  
tas ad omnem alacritatem & animi hilaritatem longè aptior.  
Habita quoq; est illustris mentio multorum fortium virorum,  
quibus cum vtriq; nostrum iucundissima fuit familiaritas: quo-  
rum partem maximam mors nobis eripuit. Quo etiam tu maio-  
rem officij & pietatis laudem es meritus. Quos enim iuuenis ap-  
primè dilexisti, eos ætate iam prouecta eis honoribus exornas,  
per quos & virtus vna eorum, & tui præstantis ingenij laus im-  
mot.